



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1248. Usque Ad Annum 1276

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1765**

**VD18 90118243**

§.20. Propositio S. Ludovico a Clero facta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66255](#)

Sæcul. XIII. modo ex communi Collegii ærario fera.  
A. C. 1263. tur subsidium.

## §. XX.

*Propositio S. Ludovico a Clero  
facta.*

*Joinv. p. 13. Ad hunc Clerici Galici conventum Pa-*  
*obseru.* *rifiis celebratum referri potest propo-*  
*p. 40. 368. sitio universis a Præfulibus S. Ludovico*  
*Gall. Chr. facta teste Jonavillæ Domino ibi præsen-*  
*to. 2. p. 301. te. Antisiodorensis Episcopus, qui rem*  
denunciabat, erat Guido Mellotensis, il-  
lam sedem ab anno 1246 possidens. Is  
ad S. Ludovicum, Augustissime Princeps!  
inquietabat, cunctorum Præfulum nomine  
tibi dico, te religionis interitum permit-  
tere. Rex his verbis territus formato  
crucis signo, Episcope! inquietabat, cur ita  
loqueris? O Rex! subdebat Guido, nul-  
la jam anathematum ratio habetur: ne-  
mo Ecclesiæ satisfacit: placet potius  
proscriptum mori. Quamobrem una o-  
mnes voce propter Deum, & quia id no-  
stri muneris est, oramus, ut omnes tuos  
Prætores, Præsides, aliosque justitiæ  
Præfectos jubeas quemlibet, qui per an-  
num ac diem proscriptus manserit, ipsius  
bona occupando ad efflagitandam abfo-  
lutionem adigere. Rex ad ea retulit, se  
hoc libertissime imperaturum de illis,  
quos

quos Ecclesiæ vel proximo injuriam in- Sæcul XIII.  
A.C. 1263.  
tulisse comperirent Judices. Sed ad hos  
non pertinet, reponebat Episcopus, rerum  
nostrarum cognitionem capere. Et Rex  
negabat, se id aliter facturum. Perpe- Sup. Lib. 81.  
§. 6.  
ram enim agerem, addebat, si ad rogan-  
dam suppliciter absolutionem compelle-  
rem illos, quos non auditos Ecclesiastici  
injuria afficerent. Exemplum habetis  
in Britanniæ Comite; qui, quamvis pro-  
scriptus esset, cum Præfulibus provinciæ  
suæ septem annis litigans tam bene cau-  
sam defendit suam, ut denique Papa pro  
eo contra illos pronunciaret. Jam, si  
primo eum anno adstrinxisset, ut se ab-  
solvendum curaret, fuissest coactus Præ-  
fulibus id cedere, quod ab ipso inique po-  
stulabant: qua in re Deum & Comitem  
graviter offendissem. Præfules, quod  
huic Regis responso opponerent, non ha-  
bebant.

### §. XXI.

#### *Concilia Burdigalensiæ.*

Cleri hac de materia regulas indicant  
duo ejusdem temporis concilia, quo- to. II. p. 820.  
rum utrumque in provincia Burdigalensi  
Archiepiscopus Petrus Roncevallius &  
primum quidem Connaci anno 1262 sui  
Pontificatus primo celebravit. Ibi hæc  
leguntur verba: Quos Dei timor a malo  
c. 3.

Dd 3                    non